



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ludere pecunia sive numerata, sive credita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

CAPUT IX.

De peculiaribus quibusdam Furtis in ludendo, venando, &c.

De his, non solum, quæ ad furtum, restitutionemque pertinent, hic subiiciantur, sed etiam quæ ad prædationem faciunt tractationem, ut scilicet uno contractu tota confusum cognitio habeatur, & ne ad aliam cum molestia lectoris, neque labore iterum repetere cogat.

§. I. De Furtis, & obligationibus ludentium.

Videtur est certamen quoddam susceptum ad contemplationem animi oblectationem, cui, ne frigens, solentur ingi pactum, seu contractus quidam, ut victori res, utroque exposita approprietur.

Et quidem certum sit primò, ludum, & se non esse illicitum, spectare ad virtutem Etrappellæ, seu affabilitatis, ita S. Thom. 2. 2. quæst. 168. art. 2. Ex se, inquam, non est illicitum blasphemiam, rixatum, furti, &c. illicitum, ignorat nemo. Nec item est illicitum ex intentione lucrandi, siquidem ex intentione lucrandi, si intendatur media via iusta, ut si etiam in aliis contractibus, illicitus nequaquam est.

Certum sit secundò, aliquos ludos legibus esse prohibitos, nam eos, in quibus magis fortuna, quam ars dominatur, ut latus aleatorum, & taxillorum esse solet. Lege Molin. tract. 2. d. 521. Rebell. 2. part. lib. 2. quæst. 1. Lessium tract. 2. d. 521. Val. part. 5. Quoad laicos tamen, scilicet ad periculum, ite contra has leges, non est mortale; saltem ad præscriptam illarum legum defaetudinem, Quod Clericos si sint Beneficij, vel in sacris, vel in monachatu, quando sunt Aleatores per modum habitus, prout Sanchez tom. 1. conf. lib. 1. cap. 8. dub. 28. ait mortale. Dico aleatores per modum habitus, non contra has videntur Canones, quod Lege Rebell. Lessium tract. 2. d. 521. Quare excusabitur à mortali, qui semel, aut bis, per lusum, aut si crebro non tamen per longum tempus, Sylvester, & Caietanus apud Dianam part. 4. tract. 7. res. 183. (legatur Mol. d. d. 521. num. 6. & idem Dian. part. 7. tract. 9. res. 3.) excusant omnino hos Clericos, vel Monachos, quantum est ex vi iuris positivi, quia, quæ pro ipsi in defaetudinem abiit. Semper excipe, nisi in Diocesi sit aliqua peculiaris constitutio ludum prout prohibens.

Certum sit tertio, antecedenter ad ludum debere esse fraudem, ac dolum. Quare si positivè fingis te impetum ludei obligaris ad restitutionem. Notat autem Rebellus loc. cit. si tua petitia ignota ludendi tanta sit extra omne periculum semper lucraturus sis, tenearis ad restituendum totum; quod lucraris: Si verò in re, vel triplo minori periculo perdendi sis, non teneri nisi ad dimidiam, vel ad tertiam partem, &c. Sed tunc probabile est sive noscatur sive non noscatur periculum, vel impetitus alterius, nec illicitè agi, nec inde originem obligationem restitutionis, si sine positiva fictione, seu fraude procedatur. Ita Salon. alique apud Dian. part. 7. tract. 9. res. 29. & res. 31. Ratio potissima mihi est, quia, ex more jam recepto, quilibet ex collofibus cedit in hoc iuri suo, dum suscipit sponte ludum.

Quando vi, minis, injuriis, vel similibus aliquem

Part. I.

pertrahis, ut ludat: & is postea perdit, te debere restituere acquisita per hunc coactum ludum; communior fert opinio: lege Dian. part. 2. tract. 17. res. 37. & p. 4. tr. 4. res. 169. At Bonacina d. 2. de res. in part. 9. 2. part. 2. p. 9. Dic. Trull. iur. citati à Diana part. 7. tract. 9. res. 32. satis probabiliter, non obligant pertrahentem ad restitutionem, multò minù pertractum, Ratio est, quia esto, injuriose se gesserit pertrahens, unde huic injuria, si gravis fuit, satisfacere suo modo debeat: tamen contractus fuit iustus: æquè enim collator uterque perdere, & acquirere potuit, & æquè sufficiens fuit consensus, quamvis meticolosus in altero. Addit Bonacina à Confessariis non solere ejusmodi pertrahentes obligari ad restitutionem.

Certum sit quartò, à ludo ipso debere omnem fraudem exulare: Quare si ea xaris contra ludi leges, teneris reddere tum id, quod lucratus es, tum quod victus à te certò (vel si probabiliter, pro rata probabilitatis) lucraturus fuisset, Fraus autè esset, si chartas suffunderis, si eas signis notes, si ludas tertio quodam admonente de punctis adversariis, si decipias in numerandis calculis, vel pecunia, &c. Quando est dubium, an alter lucraturus fuisset, diximus sup. lib. 1. c. 3. §. 7. v. Ludus.

Illud certè est probabile, cum, qui vici ludentem usurpantem fraudes, posse iustè, quæ vincit retinere. Ita S. Thom. Sylvest. S. Ant. alique excepti, ac citati à Dian. p. 4. tract. 4. res. 169. contra Victoriam, Garz. Alcozer. & alios. Ratio est, quia ipse ex parte sua sincerè ludit, ergo non est propter culpam colludentis lucro suæ victoriæ defraudandus.

Dixi autem (contra legem ludi) quia aliquæ fraudes, seu astutiae permittuntur, v. g. quando habes talem fortem, seu tale ludi initium, ut omnino victurus sis, duplices tamen sponsonem, vel quando non habes, unde sis certò vincendus, pari modo duplices ad deterrendum adversarium, &c. sepe etiam aliqui usu receptum est, ut quando qui se decipit in numerandis calculis, sibi imputet.

His certis positis, ad peculiare quasdam explicationes descendamus.

Ludere pecuniâ sive numeratâ, sive creditâ.

8. Dicendum est primò, furtum non committere eum, qui acquirit aliquid per ludum etiam prohibutum, atque adeo nec obligari ad restitutionem, nisi post sententiam iudicis. Ita Molina d. 523. Lessius loc. cit. num. 17. Ratio est, quia leges (loquimur de locis, ubi viget jus commune) solum concedunt ei, qui perdidit per ludum veritum, repetitionem in iudicio, & negant victori actionem, si forte perdidit nondum solvit, idque in poenam: at poenam nemo teneturolvere, nisi post sententiam.

Hinc in ludo verito perdidit, qui solvit numerato, non potest ante sententiam occultè per compensationem aliquid sumere à victore, quia hic nihil debet ante sententiam. Solum ergo, qui dedit poterit comminari repetitionem, immò & pacisci cum victore de recipiendo aliquid in pretium, quod iuri suo cedat non repetendo.

Quares; Si perdidit non habet animum repetendi à iudice, sed paciscitur tamen id fingens, potestne retinere, quod exigit, ne repetat? Respondeo, Molina hunc non esse tutum aut in conscientia, si retineat. Puto tamen esse tutum, quia verè habet jus repetendi, potestque repetere: cui iuri verè cedit, quod est pretio æstimabile.

11. Dicendum est secundò: Qui ludo prohibito lusit, creditâ pecuniâ, potest nòolvere. Ita Mol. d. 523. & 524. Lessius loc. cit. Sotus, Navarrus, Tolet. contra Medinam, & Salon. apud Barthol. à S. Faustio loco mox citando, q. 12. Ratio est, quia, quamvis præscribendo à Jure communis positivo, deberetolvere, unde, ubi non viget Jus commune, omnino debet: (in tota Gallia, Hispania, D d Anglia

Anglia, & fere tota Italia, ius commune Casareum: non vigere, docet Bartol. à S. Fausto in *Speculo Confess.* d. 32. q. 5. num. 5. tamen iure hoc posito, non tenetur liquidem, quod sit circulo illo, (ut nimirum prius solvar, & deinde per Judicem repetat) potest per se facere, cum moraliter idem sit; multo magis, si iudicio, ex defectu probationis, timeatur vel mora magna, vel negatio iustitiae. Neque dicas, hæc est poena; ergo debetur post septentiam: nam respondeo ita quidem esse: tamen, cum retinere eam ante, vel accipere post sententiam, re ipsa æquivalent, non est iniustitia alterutrum modum eligere. Aliter respondendum alij.

Quod si quis forte juravit se soluturum, tenetur solvere ob reverentiam juramenti: licet possit deinde repetere. At si etiam juravit non repetere; nec repetere posse ante absolutionem juramenti, dictum est *suprà lib. 3. in decalogum, cap. 2. §. 5. a n. 6.*

12. Carolus V. pro Regnis Hispaniæ tulit legem prohibentem ludere credito, etiam ludis alioqui permisis, & insuper irritas, & nullas effecit qualcunque promissiones, & obligationes; ex quo fit, ut intra Hispaniam, etiam in ludis permisis non teneatur quis solvere, quod credito perdidit: cum ex Jure communi solum non teneatur in prohibitis.

Peres: Si uterque ludens renuntiet legi concedenti, cedatque Juri suo, poteritne alteruter non solvere, & solutum repetere? Respondeo, si non intercessit juramentum, potest, quia huic juri facto in favorem boni communis credere nullus valet; si intercessit juramentum, videndum est, An juramentum contra leges positivas obliget, de qua re nos fusi in superioribus *lib. 3. cap. 2. §. 5. a 39. disputavimus.*

13. Dicendum est tertio: Si quis, cum luserit credito, solvat id, quod amisit, posse victorem illud iuste retinere. Ratio est, quia lex solum concedit posse repeti, non verò non posse retinere; ita Molin. *loc. cit.* licet contrarium sentiat Rebell. *loc. cit.* q. 8. & saltem ita consuetudo optima legum interpretes explicuit. Colonar quod dixi num. 9.

Ludere cum animo non solvendi, vel non solvendi nunc.

14. Si quis sive credito, sive numeratâ pecuniâ animo non solvendi ludat, atque id alter ignoret, nō potest retinere quod lucratur. Ratio est, quia contractus fuit inæqualis alterum decipiendo: Suppono enim collusorem similem animum non habuisse. Si quis ludat animo non solvendi nunc, colliges ex dicendis *mox num. 17.*

Vincere plus, quam arguere.

15. Si ludatur pecuniâ numeratâ. Quæri potest, An alter vincere plus, quam habeat, possit; v. g. habet quis solum quatuor, poteritne sine iniustitia vincere octo, vel plus. Respondeo uno jactu, & cum una persona non potest, quia contractus non esset æqualis, si solum potest perdere quatuor, sed vult vincere octo. Lege *Sot. in 4. q. 5. art. 2. Arag. 2.2. q. 32. art. 7. Alcozer. tract. de Ludo, c. 16. aliisque.*

16. Dixi (cum una persona) siquidem quando sunt plures colludentes, v. g. sex, & singuli ponunt, v. g. quatuor, poterit victor uno jactu vincere viginti à quinque suis collusoribus.

Dixi item (uno jactu) nam in toto ludo, distingui solet (id debent docere Sanchez, Lopez, Beia, Toler, alique cit. à Diana *parte 1. tractatu 8. resolut. 67.* dum aiunt, posse vinci plus, quam quis potest perdere.) Si enim tu fingas habere multum pecuniæ, decipiasque alium, qui putat te habere multos nummos, teneris restituere illud plus, quod lucratus es. At verò si nihil fingas, non teneris. Ratio est, quia in prioribus casu tu illum fallis, in posteriore ipse se decipit. Verùm,

cur eadem distinctio adhibita non est, quando agitur de uno jactu?

17. Expediendus igitur dic id, de quo disputamus, praxi ratio contingere. Nam quamvis lusor non sit actu nisi, v. g. quatuor, habet tamen potentia, cum sit regulariter ab alio sibi mutare, atque adeo potest crediti (sed absit feaus nolendi deinde solvere, quoniam enim pacto clare esset iniustus contractus, ut dictum est *num. 15.*

Neque obstat pactum fuisse de ludendo numeratâ pecuniâ. Non obstat, inquam, nã re vera similes habentur, quamvis ex mutuo, vel ex aliqua alia ratione habentur, càmque colludenti sincerè soluturus, non sit, unde iudicet pactum graviter infringere. Quæ ratio, etiam videtur vera in ludente pecuniâ propriam, sed non animo, ut si perdat, sincerè solvendi propediem sit.

Ludere cum his, qui alienare nequeunt.

18. Qui cum his ludis, & peccat, & restituere tenetur, quod lucratur. Rursus ij, qui nequeunt alienare pecuniam propriam non habent, quam collusori colligere solvere possint, tenentur eidem collusori restituere, quod lucrati fuerint.

Ratio hujus dicti posterioris est, quia non iniustus contractus æqualem, dum vincere voluerunt, sed potest non potuerunt. Ratio prioris est, quia acceptum rem alienam invito domino. Excipe, nisi collusor illud alienare non posse, illum esse, verbi gratia, si familiæ carentem peculio: tunc enim restituitur, si familiæ non tenetur, quod vincit, quia collusor scienti, & volenti nulla facta est injuria. Ita Sotus, Henriquez, Azor, Bonacina apud Dianam *parte 1. tractu 8. resolut. 67.*

Jam percurramus singulos, qui alienare nequeunt. Filius familiæ, quid possit in ludis expendere, dictum est *superius*, & unum tangam *mox num. 7.*

19. Vxor potest perdere: Primò bona paraphernalia. Secundò, ea, quorum habet liberam administrationem. Tertio, quæ vir tacite, vel expresse concecit tacite autem concedere censetur ea, quæ similes mulieres ejusdem conditionis solent ludo apponere, vel alios usus pro suo arbitrio consumere, ut *superius cap. 2. §. 3. diximus.*

20. Maritus, infamia, nolentique uxore, ea exponere ludo potest, quæ sunt liberè sua: Quare, quamvis ratio peccet, etiam in his exponendis peccato committitur, si charitatem, & familiæ, si propter ludum iis graviter necessaria debeat: tamen colludentes si vincant, non obligabuntur ad restitutionem, quia à potestate habere pecuniam accipiunt. Quæ verò ad uxorem pertinent ludo committere, eâ invitâ, maritum nō posse, nimirum manifestum, de quibus bonis dictum est satis, *dicto cap. 2. §. 3.*

21. Servus potest ludo exponere, peculium, id est, quæ sub suo pleno dominio sunt: quæ autem sunt ejusmodi, vide *superius dicto cap. 2. §. 1.*

22. Quid de famulo qui ludat pecuniis, quas depositas apud se habet domini sui? Idem quære de depositario non famulo.

Respondeo, vel de peccato interroga, vel de obligatione restitutionis.

23. Si de primo, peccat quando dominus esset graviter invitatus, quia injuria est te re mea velle uti, meo pugnante. Quoniam verò, quando nullum damnum erit domino (ut si famulus promptus est in reddendo deposito, ubi primum dominus illud poposcerit) non est gravis rationabiliter injuria, ideo tunc erit à peccato exemptus mortali depositarius excusandus. Idem certe debet concedi famulo, si is pari promptitudine reddenda, nullo domini damno, negotietur pecuniam ejusdem apud se depositam applicando sibi lucrum. Ita Sotus, alique apud Rebell. *1. parti. q. 4. n. 22.*